



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

5. Quorsum referatur mensis quintus, de quo agitur cap.28.v.1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

P.
H. Philo

Chrono
vet. Test.

A 1
17

Explicatur conclusio.

9 Solum est difficultas; quomodo annus 4. Sedecia, dici possit regni illius? qua de locutione bene philosophantur Sanctius, Salmasius, qui aduertunt spatia quælibet temporum, solere in tres partes diuisum, medium, finem: quæ tertiam partem totius interualli non erant principium vulgari modo referri. Quintus autem mensis (cuius dicitur Jeremias) anni 4. Sedecia, ad tertiam partem temporis, quo cognatum tingit. Quemadmodum, inquit Sanctius, nemo improbaret hæc locutionem, si octauo Sedecia anno, in fine illius regni contigisse diceret: sic neque quædam dicitur si in principio factum arbitrere, quod post tres annos & menses à principio factum est. Simili loquendi modo vitur Castrius in Chronotaxi huius libri Anno, inquit, secundo vel tertio in principio regni Sedecia propheta. &c. Si autem Sedecia, principium regni eius vocare licet: non video, cur ad annum delinentem hæc locutio extendi non possit: hic enim non rigore dicitur sed libertate vulgari agimus.

QVÆSTIO V.

Quorsum referatur mensis quintus cuius fit mentio.

Conclus. 1.

1. AD annum sacrum Hebræis vsitatum refero: cum enim alibi Scriptura notati ad annum sacrum referri soleant; non est, quomodo more consueto recedamus. Quare non assentior illis, qui hunc mentem tum à die enthronisini Sedecia computant: sed existimo hunc mentem esse eum, qui Iudæis Ab vocatur, cuius die decima, cunctis Nabuzardan. Ierem. 52. v. 12.

Conclus. 2.

2. Existimo etiam, illam orationis particulam, in illo anno, commo ad ea, quæ præcedenti capite describuntur, q. d. illo anno, quo Iudæias vincula & catenas quinque regibus mittendas fecit, ac libi sacra sacra vasa templi Babylonem transferenda prædixit, illo inquam, non procul ab initio regni Sedecia distabat, erat enim quartus mensis, dixit ad Ieremiam Hananias, &c.

Resp. 1.

3. Dices: Sedecias anno 4. regni sui Babylonem profectus est. Ierem. 59. Legati verò quinque regum post eius reditum, Ierosolymam venerunt; & cum Hananias Ieremiam negotium facessuit: quomodo post mense anni facti hoc fieri potuit? Resp. 1. Certum est ex loco sacro, quod iam non prius Ierosolymis mouisse Babylonem, quam annus quartus iniret, nec est valde probabile, post reditum Sedecia in Ierusalem istosci præsto fuisse; sed aliquanto post, à suis regibus ablegatus.

Sedeciae regressu constaret. Sic Sedecias exiguo temporis spatio, è Iudæa Baby-

lonem iussit, & negotijs ibidem confectis, domum reuertisset, in eorum sen-
tentia, qui annos Sedeciae a Nisan auspicantur.
4. Respon. 2. Si legati ante Sedeciae dilectissimam adfuerunt, rationes tempo-
rum difficultate carent: sic enim illo ipso mense quinto anni sacri, quo Sede-
cias annum regni quartum inchoabat, (aut forte mense præcedente inchoarat)
Jeremias præsentibus legatis, qui prius aduenerant, vincula induerit. Hananias
eodem confregit. Tum nuncijs per otium expeditis, Sedecias iter suum ador-
nauerit, & confecerit anno regni sui quarto currente. Quæ explicatio mihi cæ-
teris anteponenda videtur.

5. Si post reditum Sedeciae legati aduenerunt, mensis iste quintus annum
quartum Sedeciae clauderebat, vel certe annus iste vsualis dicebatur quartus Sede-
cias, eo quod priori parte anni vsitati currente, pars vltima anni 4. Sedeciae la-
beatur, posteriori, quintus emergeret, eo ferè modo, quo annus 112. Iulianus,
et Christi 67. Capitone & Rufo Coss. modo tertius decimus, modo deci-
mus quartus Neronis appellatur, quia priori parte anni istius Iuliani fluebat de-
cimus tertius Neronis, posteriore decimus quartus, vt dixi Introd. cap. 18.

Resp. 2.

Resp. 3.

pppi

ologia
amenti

IEREMIAE XXVIII. v. 17.

ET mortuus est Hananias in illo anno, mense septimo. Annum illum intelligo He-
braeis vsitatum, à Nisan inceptum, ac proinde Hananiam interijisse, altero
mense, à morte sibi per Ieremiam denunciata: septimo vero mense anni sacri,
qui appellatur Tisri, sine tunc curreret adhuc annus quartus Sedeciae, siue iam
quintus flueret, iuxta dicta q. præcedenti.

IEREMIAE XXIX. v. 1. & 10.

Ver. 1. Hæc sunt verba libri &c. Hanc epistolam anno 1. Sedeciae scriptam &
missam docent, Castrius & Cornelius in Chronotaxi, Tornielus & Sa-
hanus ad an. m. 3436, ille num. 9. hic 28. quorum sententia subscribo.

Ver. 10. Cum ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo eos. Hos annos
ab enthronismo Magni Nabuchodonosoris auspico, cum nonnullis antiquis,
quorum supprellis nominibus meminit Eusebius in Chronico, Sulpitio Sido-
ro, Theodoro, Historia Scholastica, Ribera, Barradio, Christophoro à Ca-
stro, Montano, Peratio, Vatablo, Rabbi Salomone, Rabbi Iosue, Dauide
Kimhi, Hebraeis in Seder, vt latè disputauit lib. 2. Paralip. q. 8. Nec aliud censere
possunt, qui à casu templi, vsque ad eius instaurationem annos 70. numerant,
Clemens Alexand. Eusebius, S. Aug. S. Hieron. Iulianus, A. do. Beda, Niceph.
Const. Chronicon Alexand. Marianus, Schafnaburg. Freculphus, & alij, quos
Quaest. Chronol. P. 3. k bono

Vnde hi
anni 70.
originantur.

bono numero laudauit 2. Paralip. q. 2. num. 6. Hos vero 70. annos ex-
bylonica Cyri monarchia, finitos, constat ex 2. Paralip. 36. v. 20. & 1. Esai.

IEREM. XXX. v. 1.

Opinio
quorundam.

Hoc verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino. Nonnulli vt Cornelius hoc verbum anno 1. Sedeciz factum aut vident, vt sententiam S. Hieronymi auctoritatem producant. Nec mirum sentit Sanctius, qui ait: incertum quidem esse, quando hoc Ieremias verisimile tamen videri, hoc post translatum Iechoniam contigit, quod tempore data sunt ad exules literæ Ieremias, & hanc opinionem esse S. Hieronymum hunc in locum ita scribentis: *Promittentibus in Babylone pseudoprophetae, qui cum Iechonia captus fuerat reuersurum, & Hanania filii Azur, in Ierusalem dicante, Ieremias Propheta & illud quidem futurum asseruit, non ultra vicesimam mentiebantur: sed finitis septuaginta annis.*

Conclusio.

2. Vnde colligo, hæc vaticinia, aliquo è primis annis Sedeciz, videri vt autem primo tribuenda sint, incertum esse. Anno Sedeciz quædam prophetias suas effutiuisse, docet Ieremias cap. 28. v. 2. vt eadem antea præsumpserit, non liquet. Cum verò S. Hieronymus ad hæc denunciasset, Hanania in Ierusalem eadem prædicante, ita potest vt ad idem ferè tempus, licet non ad eundem annum respexisse credatur ibidem, cum dixisset, ea quæ in c. 37. Ezechielis meditantur fuerat, hinc uenire, addit: *Præsertim cum eodem tempore, Ezechiel in Babylone & Ieremias in Ierusalem prophetauerint. Nemo autem dubitat, quin Ezechiel, anno de quo quædam Sedeciz & suæ transmigrations vaticinari cæperit. Ezech. 1. v. 2. Hanania & Ieremias sese opposuit, anno 4. Sedeciz. Itaq; ex Cõmentarij S. Hieronymi non video certum annum colligi posse, quo Ieremias hæc prophetauerit, valde probabile sit, isthæc ab eo prædicta anno 1. Sedeciz, quo facta sunt illa quæ duobus præcedentibus capitulis habentur, vt Castrius & alij arbitrantur.*

IEREM. XXXI. XXXII.

Cap. 31. v. 1. *In tempore illa.* Hebræa & Græca hisce verbis caput dantur, quicquid volit Lyranus. Primum autè hunc versiculum sedeciz Hugo, Castrius, Cornelius, ad caput præcedens reuocant, & fuerit Hieronymus, qui huius loci expositione ita contexit, vt ostendat sermonem capiti danti inceptum, vltius tendere, vt aduertit Castrius, cui suffragantur Marius & Mariana, dum notat, hic Prophetam perfringere in v. 2. superioris. Vnde confirmantur ea quæ nuper asserbam. q. 1. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

13.
H. Phil.

Chrono
log. Test.

A 1
17

Cap. 32. v. 1. Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, in anno decimo Sedecia
 regis Iudae: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosoris. Eundem annorum concur-
 sam Hebraeus & Graecus contextus representant. Duobus autem modis annus
 10. Sedeciae cum 18. Nabuchodonosoris componi potest. 1. si dicamus hæc con-
 rigisse anno decimo Sedeciae expirante, & decimo octauo Nabuchodonosoris
 ineante. Ita Torniellus ad ann. m. 3445. num. 8. Salius num. 15. Paludanus in
 Sedecia. 2. si computo civili, censeamus hæc gesta anno illo civili, quo finieba-
 tur annus Sedeciae decimus, & decimus octauus Nabuchodonosoris oriebatur.
 Sic Ieremias dicitur agrum sui patruelis emisit anno 18. Nabuchodonosoris, eo
 sensu quo Principes Apostolorum martyrio coronati putantur anno 14. Nero-
 nis. Fortè etiam non deerit, qui hoc factum referat ad annum 10. Sedeciae cõ-
 putum: Nabuchodonosoris autem 18. currentem: sed malo prædictorum mo-
 dum admiraculo hanc annorum connexionem explicare. Vide quæ de annis
 Iuakim, Sedeciae, Nabuchodonosoris disputabam 4. Reg. q. 16. 20. 22.

Quomodo
 annus 10.
 Sedecia est
 18. Nabu-
 chodonos.
 concurrens.

ppi

ologia
 amenti

IEREM. XXXIII. v. 1.

Et factum est verbum Domini ad Ieremiam secundo, cum adhuc clausus esset in atrio
 Carceris. Hoc oraculum eodem ferè tempore, quo præcedens, traditum vi-
 detur, nempe anno 18. Nabuchodonosoris: Sedeciae vel decimo, vt volunt Ca-
 strus, Cornelius, Salius, vel vndecimo exoriente, vt putat Torniellus, ad an.
 m. 3446. num. 1.
 2. Videtur autem S. Vates hoc capite respexisse ad Prophetiam c. 21. Sedeciae
 Dominum per Ieremiam consulenti datam, vt bene aduertit Salius ad an. m.
 3445. num. 18. vbi ex Castrio monet, capitulum hoc ritè subnexum præceden-
 ti, in quo Ieremias facto ipso, nempe agri emptione spem reditus populo capti-
 uo fecerat: eam autem hoc capite verbis solatio plenè confirmat.

Anno 18.
 Nabuchod.

V

IEREM. XXXIV. v. 8.

Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus
 cum omni populo in Ierusalem, prædicans, vt dimitteret vnusquisque seruum suum.

Q V A E S T I O VI.

Quando contigerint, quæ hic referuntur.

1. De hac in quaestione ponuntur. 1. quoto anno regni Sedeciae. 2. Vtrum
 anno sabbatico hæc acciderint. De priori Christophorus Castrus cen-
 set Ierusalem Sedeciae tēporibus, bis à Chaldeis obsessa fuisse, prius an. octa-
 uo Sedeciae, aut salte nono, ante mensē decimum, tū decimo mense noni,
 vt legi-

Sicutus
 quast.
 Quidam pu-
 tant bis ob-
 sessam à
 Nabucho-
 don. Ieru-
 salem.

k 2

vt legi-
 salem.